



*SBd*

E libris  
gymnasio Mauritano Magdeburgensi

a venerabili

**Carolo Funk**

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*

GRATVLATIONIS OFFICIVM,  
SERENISSIMO CELSISSIMOQVE PRINCI  
AC DOMINO, 79

DOMINO

GVNTHERO

PRINCIPI SCHWARTZBURGI,  
SACRI ROMANI IMPERII QVATVOR VIRO,  
MITI HOHNSTEINII, DYNASTAE ARNSTADII, SO  
DERSHVSÆ, LEVTENBERGÆ, LOHRAE, CLETTEN-  
BERGÆ ET RELIQA,

PRINCIPI AC DOMINO

SVO CLEMENTISSIMO,

*IPSO AVSPICATISSIMO*

NATALI

NONO & QVADRAGESIMO

*DIE XXIV. AVGVSTI*

cl<sup>o</sup> Idcc XXVII.

INTER FAVSTA PATRIAE OMINA,

ET PVBLICAS ACCLAMATIONES

*DEMISISSIME PRAESTITVM*

AVCTORE ET INTERPRETE

FRIDERICO HARDOVICO HARTMANNO

SERENISSIMI PRINCIPIS SCHWARTZBURGICI  
CONSILIARIO.

---

*SONDERSHVSÆ,*  
LITERIS JACOBI ANDREAE BOCKII, TYPOGRAPHI AVLICII.




**T**Empora natalis redeunt solemnia lucis,  
Præ reliquis vatum celebrari carmine dignæ,  
Qua divas, PRINCEPS, venisti in luminis auras,  
Auspicioque Dei natuque vigesque valesque,  
Audivitque preces nostras mitissimus aether  
Proque Tua fusas pariter patriæque salute.  
Ex merito proceres, inito certamine, plaudunt,  
Et cives Tibi subjecti, sensuque carere  
Laetitiae nequeunt Te PRINCIPE Iospite, salvi.  
Atque hilari testes sensus ad sidera voces  
Gratantes plausu jactant fremituque secundo.  
Atque aliquis: lux luce mihi formosior omni,  
Fausla dies, ter fausta dies, cantanda poetis  
Omnibus, Herois genetrix, & conscia partus  
Ingentis, salve, & cœlesti munere laetos  
Commemorare inter soles, lucisque beatas.  
In spem sceptrorum fatus hac GVNTHERVS, amorque  
Deliciaeque tui populi, & culti decus orbis,  
Quem nimium facilem veneratur patria patrem.

Quod

Quod proceres agitent alacres feliciter annos  
Et cives, te GVNTHERO debere fatentur,  
Quicum nostra salus felici fidere nata est.  
Contigit his nunquid terris felicius umquam?  
Rursum alius: qua Dux Schwarzburgi luce recepit  
Pectoris innumeras dotes, hae jure canantur.  
Sed cantu graviore aliis celebranda relinquo  
Ornamenta animi potiora, ferenda per orbem  
Aeternis rhythmis. Melius cantare periti  
Virtutum genus omne canant: mea parva carina  
Non sua committit tam vasto vela profundo.  
Materia apta meis numeris haec vnica sane est,  
Vt, GVNTHERE, Tibi Musarum vota sacrentur.  
Quis faciles illis animos, quis commodat aures?  
Atria quis referat clarae regalia genti?  
Limina regnantum passim sunt clausa Camenis,  
Nomen & invisum studium doctrinaque in aula est.  
Sondershusa tamen meliores excitat artes,  
Quas puer & juvenis coluit GVNTHERVS, & auget  
Vir factus, decoratque, & summis laudibus ornat,  
Desertasque vocat fata ad meliora Camenas,  
Et merito antistes Musarum maximus audit.  
Salve, maxime Dux, lapsuris & mora Musis  
Vnica. Docta juvat, Duce Te, coluisse Camenas  
Otia, quae Musis merito Regesque Ducesque  
Invideant, quia sunt gemmis venalia nullis.  
Imbribus & radiis, PRINCEPS, Tu jugera vatum,  
Ruraque Mœonidum refoves redivivus Apollo.  
Auratos radios, auratos hos vocat imbres  
Aurea docta cohors, Duce Te, nunc jure vocanda.  
Haud aliter solus, vt radiis, sic imbribus aureis  
Et juvat, & recreat modo quidquid in orbe vigescit:  
Hinc varii flores capita alta attollere in auras,  
Et cœli dono terrestria cuncta virere.  
Agnoscit quoque tam mitem mea Musa favorem

Re-

Regnantum in primis studiorum tamque benignum,  
Nec duras dixisse fores, nec limen iniquum  
Audeo GVNTHERI, quo non clementior alter  
Tam facile Musis, neque se tam præbet amicum,  
Hæc neque ob benefacta Ducis Dominique benigni  
Carminè non uno mihi commemoranda, filere.  
Sed quia non opis est nostræ persolvere grates  
Et tantis meritis, et tanto PRINCIPE dignas;  
Fundere mente preces fas sit grataque piaque,  
Et votis liceat communibus addere votum:  
Sæpe Tuum videant proceres civesque reversum  
Natalem festumque diem, redeatque quotannis  
Lætior, et sine nube Tibi GVNTHERE, Tuisque,  
Ingeniumque Tuum, vultusque serenos,  
Posteritas venerare Ducem stupefacta: senilem  
Viribus ætatem societ juvenilibus olim,  
Et proavos atavosque annis, vt laudibus, omnes  
GVNTHERVS superet, major majoribus ipsis.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40





GRATVLATIONIS OFFICIUM,  
SERENISSIMO CELSISSIMOQVE PRINCI  
AC DOMINO, 79  
D O M I N O

**GVNTHERO**

PRINCIPI SCHWARTZBVRGI,  
IMPERII QVATVOR VIRO,  
INII, DYNASTAE ARNSTADII, SC  
LEVTENBERGAE, LOHRAE, CLETTEN-  
BERGAE ET RELIQA,

PI AC DOMINO  
CLEMENTISSIMO,  
*O AVSPICATISSIMO*

**ATALI**  
& QVADRAGESIMO

*IE XXIV. AVGVSTI*

clō Iccc XXVII.

AVSTA PATRIAE OMINA,

VBlicas ACCLAMATIONES

*ISSIME PRAESTITVM*

VCTORE ET INTERPRETE

**ARDOVICO HARTMANN**

MI PRINCIPIS SCHWARTZBVRGICI  
CONSILIARIO.

**SONDERSHVSAE,**  
ANDREAE BOCKII, TYPOGRAPHI AVLICI.

